



ERasmus natus est ex illustri & antiqua familia baronum & pincernarum Imperij de Lym-
 purg anno 1507. patrem habuit Christophorum, at-
 que matrem Agnetem comitissam de Vuerdēberg,
 quorum pietas & uirtus omnibus bonis spectata
 fuit. Illi filios suos Albertum & Erasmum bonis lite-
 ris Deoꝝ ipso, ceu loco decimę, ad nominis ipsius
 gloriam & Ecclesię utilitatem consecrarunt. Cum
 autem Erasmus domi prima literarum fundamen-
 ta iecisset, atq; in eo statim uis quędam ingenij elu-
 ceret, studiorum causa ad publica Gymnasia mis-
 sus fuit. In ijs sub doctissimis præceptoribus, bo-
 narumq; literarum cum publicis tum priuatis pro-
 fessoribus, Conrado Braun & Iohanne Marquardo Iureconsultis clarissimis,
 ac Ludouico Charino Lucernano Philosopho & Medico insigni, Tubingę
 in Germania, & postea in Gallijs feliciter profecit. quibus sanę bonarum lite-
 rarum disciplinis tandem Philosophię & Mathematicę studium coniunxit.
 Vfus in primis opera Iohannis Stoffleri, insignis eius temporis Mathemati-
 ci. Cum hoc modo literis & uirtutibus Erasmus gnauiter operam daret, pa-
 rentum uoluntati obtemperans sese ordini Ecclesiastico addixit, atq; in duo-
 bus primarijs Germanię collegijs Argentinę & Bambergę Canonicus rece-
 ptus fuit. In ijs locis uitam ea ingenij moderatione & placabilitate inter prin-
 cipes & collegas transegit, ut non solũ a suis, uerũ etiam omnibus bonis
 & doctis, ipsisq; ciuibus amaretur, & ueneretur, gestiens subinde multa au-
 dire, uidere, & cognoscere. quę etiam res fecit, ut maximę doctorum uirorum
 familiaritate delectaretur. Tum autem a quibusdam illorum Argentinę eò
 redactus, ut a lectione ueterum & antiquorum Theologorum abhorreret, e-
 xistimans hos, in explicanda scriptura, scholastica tantum & disputatrici uti
 declaratione, neglecta planę orationis puritate & nitore, docēdiq; facilitate.
 postea autem aliter edoctus, sese continuę lectioni Patrum tradidit, atq; eos
 non oscitanter neq; perfunctoriē, sed summa cura, studio, & sollicitudine legit
 & relegit. In primis Lactantium, & postea Cyprianum in manus recepit. dein
 de Epistolas S. Hieronymi percurrit. Hisce assuetus tandem ad insigniores
 quoque patres tam Gręcos quàm Latinos peruenit. In horum lectione E-
 rasmus eam sacrarum literarum cognitionem assequutus est, ut in eo nihil de-
 siderari posset, quę a pio & docto Theologo requiruntur & exiguntur. ut-
 cunque natura uerecundus & tacitus sit, qui non facily de controuersis re-
 bus disserat, nisi si quos familiariter notos secum habeat, timens ne quid
 in medium proferat, quod aut personę aut loco minus conueniat, præ-
 fertim in hac animorum dissensione, cum hominum aures facily of-
 fenduntur.